



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eidem. 329.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

coërce. Maximum enim terrenorum omnium membrorum lingua est, ut quæ ægrè retineri possit.

Ioanni Militi. 326.

Singulari tuæ audaciæ, ô Ioannēs, finem iam impone, ingentem atque circumactu difficilem operum tuorum improbitatem mentis oculis intuere. Atque vel ut legitimus miles ad conferenda cum barbaris prælia te instrue: aut ut modestus plebeius vrbi te ostende, atque ut par est, te gere.

Eidem. 327.

Monachorum ædiculas, ut ad me allatū est, subis, atque agricolatum manipulos rapis, ut eos depræderis. Ac præterea improbum dogma ipforum auribus instillas, illudque firmo animo tueris. Vide igitur, ne tempestatis cuiuspiam periculum facias, iustaque cæcitate afficiaris, nimirum & hic oculorum detrimento mulctatus, & illic igni seruandus.

Anatolio. 328.

Ephes. 4. Blasphemiâ vsque adeo clamor, & indignatio & ira grauior est, ut etiam priorem hac illam magnus atque ingenti animo præditus Paulus collocarit. Quod autem blasphemus ille dictus sit, atque intelligatur, qui Deo contumeliam infert, nemini vnquam incognitum fuit. Quare cum ira, quæ blasphemia grauior est, & per quam omne malorum genus in mundum irrepfit, labores: aut hanc quoque desere, aut cum blasphemus appellaris, mærorem animique cruciatum ne concipe.

Eidem. 329.

Nonnulli te intemperantem linguam habere cauillantur, fontiumque maledicentiæ flumen esse, ipsius fluentia copiose profusæque tum excipiens, tum eructans: quæ quidem in supplicij & cruciatus mare hominem coniciunt. Quem si effuge-

γὰρ ἀπάντων τῶν γήινων μελῶν ἡ γλῶσσα, ὡς δυσκἀθεκτὸς ἔστιν.

Ἰωάννη στραπότη. τκστ.

Πᾶσαι λοιπὸν, Ἰωάννη, τῆς παντολμίας βλέποντες τὴν μεγάλην καὶ δυσέλεκτον τῶν ἔργων σου κακίαν· ἢ ὡς ὀπλίτης νόμιμος, καὶ στραπότης ἐνθεσμος, πρὸς τὰς μάχας τῆς ἐκράτων πασθόμενος· ἢ ὡς δημότης εὐτακτὸς ἐν ἄλλοις φαινόμενος, καὶ πρὸς πάντως ἀνατρεφόμενος.

Τῷ αὐτῷ. τκζ.

Οἰκίσκοις, ὡς ἔγγων, ἐπέρχη μοναχῶν, καὶ δράγματα ἀρπάξεις γεωργῶν, πρὸς τὸ ληΐσαι τοὺς καὶ δόγμα Φαυλὸν κατηχῶν, καὶ τὸ τε σερρῶς ὑποφραχῶν. ἄθρει τοίγυν, μήπιος σάλας περαθῆς, καὶ πῆρσιν δικίαν ὑποστῆς, εἰ αὐθάρτη πρὸς πᾶσι δευόμενος, ἐκείσε δὲ πρὸς φυλαχθῆς σόμενος.

Ἀνατολίῳ. τκη.

Τοσοῦτον βλασφημίας κραυγὴ καὶ θυμὸς καὶ ὄργη διεήνοχεν, ὅτι πρῶτον ταύτης σκείνην, ὁ μέγας καὶ μεγαλόφρων τέθεικε Παῦλος, ὅτι δὲ βλάσφημος, ὁ εἰς θεὸν ἐξυβείζων, καὶ ἔρηται καὶ νεύεται, ἐδ εἰς ἠγνόση ποτε. εἰ τοίγυν τὴν χεῖρονα τῆς βλασφημίας καίτησαι ὄργην, δι' ἧς πάντα εἰσκαμάζει τὰ Φαῦλα τῶν εἰρῶν, ἢ καὶ ταύτῃ κατὰ λιπέ, ἢ μὴ ἄλλοι καλέσμενος βλάσφημος.

Τῷ αὐτῷ. τκθ.

Τινὲς σε γλῶσσαν ἔχειν ἀκρατῆ καὶ μαρδύσι, καὶ τῶν πηγῶν τῆς λοιδωρίας ὑπάρχειν ποταμὸν, τὰ σκείνης δαμνῶς καὶ δεχόμενον καὶ ερευρόμενον ρεύματα, ἀπὸ εἰς θάλασσαν ἐμβάλλει πιμωσίας, ἢ, εἰ θέλεις σκφυγῆν.

γεν, τῶν ζώντων μάλλον ναμάτων
τὸ φρέαρ ἐξερεύνησον, ὅσῳ χειρίζεται
καὶ τὸ μικρὸν διφαν, καὶ τῇ γλώσσῃ ὁ-
ρέγει φυλακὴν, μὴ εἰς λόγους ἐκκλι-
νεν ποιησίας.

Διδύμω. τλ.

Τὴν αἰτίαν τῆς ὑπεβλάσεως τοῦ
πατριάρχου, ὁ μέγας Δαβὶδ ἐν ψαλ-
τηρίῳ ἀνακρῶν ἰδὼς, καὶ πρὸς συγ-
χώρησιν αὐτῆς τὸν δεσπότην ἐξελέξ-
θη, καὶ τὴν ἀφικτον τῆ θεῶν γινώσκον
ἐσήμανε, καὶ τὴν μετὰ τὸ πᾶσιμα, τῷ
Ἀδὰμ εὐγνωμοσύνην ἐδήλωσεν, ὅτι
ἐκρύβην, λέγων, τὸ ὄσφύ μου ὑπὸ σοῦ
ὁ ἐποίησας ἐν κρυφῇ, ὅτι ἐλάθῃ σε,
φησὶ, τῆς γυναικός μου ὁ ὄλιθος, ἦν
ἐκ τῶν ὀφθῶν μου λεληθότως ἐποίησας,
ὑπὸ βαρεῖ ἐνάσας με. ἀλλ' ἔγνωσ τὰ
ἡμέτερα κρύφια, ὁ ἐκείνην κρυφίως
ὑποσησάμενος.

Τῷ αὐτῷ. τλα.

Ἀγγίλους ὄν, καὶ συνετῶς ἐρευνησάν,
ἐδὲν δυνάσασαι ἀγνοεῖν. πάντα γὰρ
καλῶς ἀθροίσας ἐν νεότητι, ἔχεις ἐν
γῆρῃ ἀπάσασιν, τὸ ἀκατέργαστον μὴ
εἶδδσαι οἱ ὀφθαλμοί σου, τὸ μήπω
περαχθέν μοι, φησὶν ὁ Ἀδὰμ, ὡς ἦδη
πελαθῆν καθαρῶς. καὶ τοὺς τίως μὴ
τεχθέντας, ὡς ἦδη τεχθέντας ὀπίστα-
σαι. δυνάσασαι δὲ νοήσασαι καὶ διχῶς τὸ ἀ-
κακὸν καὶ ὑπόνηρον καὶ ἀνεξέργαστον
μου. ἔργον γὰρ ἡ περὶ νοῖα λέγεσθαι
φιλεῖ. εἶδδσαι οἱ ὀφθαλμοί σε, καὶ ὅτι
τῷ βιβλίῳ σου πάντες γραφίσονται.
καὶ ὅτι φησὶν, ὁ μὴ συνιείς, ἢ λαν-
θάνει σε, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα γινώ-
σκεις, καὶ τὸ ἀκακὸν μου οἶδας, ὅπως
ἀγνοεῖς ἡπάτημα, καὶ τῷ ἀλήθει
τῆς μνήμης σου, πάντες οἱ λογισμοί
μου ἐπιστημαίνονται.

re cupis, viuarum potius aquarum partem
inuestiga: qui hoc affert vt ne quis postea
fitiat, & linguæ custodiam præbet, ne in
malitiæ verba declinet.

Didymo. 330.

Transgressionis primi parentis causam
magnus ille David in Psalterio canens, at-
que ad eam condonandam facilem ac pla-
cidum Dominum reddens, & ineuitabi-
lem Dei cognitionem esse significauit, &
Adami post lapsum candorem animique
probitatem declarauit, his verbis utens,
Non est occultatum os meum à te, quod
fecisti in occulto. perinde ac si diceret:
Non te fugit vxoris meæ lapsus, quam ex
osse meo, cum me somno graui oppressis-
ses, occultè condidisti. Verùm animorum
nostrorum latebras perspectas habes, qui
eam occultè procreasti.

Eidem. 331.

Cum tu & ingenij acumine polleas, &
Scripturarum sensum sagaciter perscruta-
ris, nihil est quod te latere possit. Nā cum
omnia in iuuenili ætate præclare collegeris,
requietem in senectute habes. Imperfec-
tum meum viderit oculi tui. Illud quod
nondum à me factum est, inquit Adamus,
tanquam iam confectum perspicis: & eos,
qui nondum nati sunt, tanquam iam in lu-
cem editos, noscis. Potest etiam hic locus
alio modo intelligi. Innocentiam meam,
animique ab improbitate puritatem, at-
que id quod minimè egi (opus enim ple-
runque animi conceptio appellatur) vi-
derunt oculi tui. Et in libro tuo omnes
scribentur. hoc est, nihil est quod non in-
telligas, aut quod te fugiat: verùm & futu-
ra cognoscis, & innocentiam ac simplici-
tatem meam exploratam habes, nimirum
quoniam pacto per ignoracionem in frau-
dem lapsus sim, & in memoria tua, in quā
nulla obliuio cadere potest, omnes cogita-
tiones meæ consignantur & inculpantur.